

## Band V., Nr. 1511, Seite 277-278

*Abt Bertold und der Konvent des Klosters Hirsau verkaufen durch Schulden schwer gedrückt den Brüdern des Hospitals von Jerusalem in Hemmendorf ihr Gut daselbst mit aller Zugehörde um 140 Pfund Heller.*

Calw, 1258. Dezember 7.

Universis Christi fidelibus presentem cedula[m] inspicientibus seu inspecturis Bertoldus divina miseratione abbas totusque conventus monasterii Hirsaugensis salutem in domino et subscriptis fidem adhibere. Rerum gestarum series literarum apicibus committitur, ne per vetustatem et processum temporis a memoria hominum elabatur. Pateat igitur tam presentibus quam futuris, qui hanc paginam respexerint, quod nos intollerabili debitorum onere oppressi et gravati necessitate urgente vendidimus fratribus domus hospitalis Ierosolimitane<sup>a</sup> residentibus in villa Hemmindorf predium nostrum situm ibidem cum omnibus pertinentiis suis, sive nemoribus, domibus, seu aliis bonis quibuscunque pro centum et XL<sup>a</sup> libris Hallensium eo iure, quo et nos tenuimus, ipsis deinceps libere possidendum, nulli omnino mortalium in dicto predio preter ipsos aliquem servitii, feudi, vel alicuius iuris respectum requirere debere<sup>b</sup>. In cuius venditionis evidentiam sollempniter factam et indubitatum testimonium presentem cedula[m] inde conscriptam dictis fratribus contulimus cum subnotatione testium, sigillis nostris nec non sigillo nobilis viri domini G. comitis de Calwe communitam. <br> <br> Acta sunt hec apud Calwe, anno dominice incarnationis millesimo CC<sup>o</sup>. L. octavo, in crastino Nicolai, temporibus Alexandri pape, presentibus hiis viris: de dominis nostris claustralibus: dominus Al. quondam abbas, nunc autem custos sancti Aurelii, dominus H. quondam abbas, dominus Hartliebus custos sancti Petri, Were. dictus de Berenhusen; dominus G. comes de Calwe, H. miles dictus Waltman, dominus Gebehardus de Malmisheim, C. scultetus de Calwe, S. quondam scultetus, Volcmarus, H. villicus de Talvingen, Livtfridus, Werenherus Institor, dominus Simon comes Gemini Pontis et alii multi.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Von den drei Siegeln, welche anhängen, sind nur noch Pergamentriemen vorhanden.

<sup>a</sup>In der Vorlage steht eben: *Ier\$lm\$*.

<sup>b</sup>So deutlich die Urkunde.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 352 U 155

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Calw

**Ortsindex:**

Bernhausen Wohnplatz (481)<br> Bernhausen, Filderstadt, ES<br> Calw Wohnplatz (6981)<br> Calw, CW<br> Hemmendorf Wohnplatz (16173)<br> Hemmendorf, Rottenburg am Neckar, Tü<br> Hirsau Wohnplatz (6984)<br> Hirsau, Calw, CW<br> Malmsheim Wohnplatz (185)<br> Malmsheim, Renningen, BB<br> Tailfingen Wohnplatz (109)<br> Tailfingen, Gäufelden, BB<br> Zweibrücken, ZW